



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

Contra Ma[n]dar. Christianorum, prouectio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

in suppliciis æternis æternum victuræ. Nostrum nemini excidit læta vox, nullius frontem explicuit rei optabilis nunciis; quod emuncti virtutis æstimatores Sinae hoc sincerè magis fieri iudicauerunt quò viuenti tyranno, & Ecclesiam lanianti plus bonorum à Deo precabantur, quàm malorum ab eo tolerarent. Secutus est miserum quindodecimo post die Colaus Ho iuratus & ipse Christianorum hostis, breuique spatio potentissimos suorum carnifices, furore, ac vita Christi exarmavit, & factionibus impiorum, à quibus cruento fauoris prerio Christianorum exilia, & tormenta emebant. Accessit his Ecclesie prosperis, Pauli Doctoris in Scilan prouectio, hoc est Assessorum in Prætorio Rituum, & peregrinorum; nec multò post Doctoris Michaelis in pentarcham vrbis Pechinensis cuius partes quinque suum habent singula Præfectum, vno tantùm gradu à Prorege distantem. Postremò Ignacius quamuis nondum adlectus in Doctorem, comperta tamen aduersum Tartaros in bello prudentiæ, adscitus est inter quinque armorum Consiliarios, vixque inito Magistratu machinam disciecit prætextam falsis suspicionibus in Lusitanos Macaenses; repta in Christum compactam. Degebant Pechini Longobardus, Diaz minor, & Adamus Scial, hortabantur hos Paulus & Leo Doctores, librorum Riccij aliorumque Patrum editionem iterarent, exemplarium millibus triginta, ad instaurandum toto regno bonum nomen, & clarum Apostolici muneris; sed cum deessent rei tantæ sumptus, vian Deus suggestit, qua illa auctoritas diu attrita, non modo resurgeret, verum & cresceret. Triplex in cælo conspectus fuerat lunæ labor, superioris anno primus; alter & tertius, huius anni Aprili, & Septembri. Prædictionibus Adami Scial ad amissim omnes ad eò responderunt, vt Astrologi Collegæ, & Mandarinorum præcipui, integrandum censerent apud Regem negotium de reformando Sinarum Calendario abaco, & præficiendis operi Patribus, præter quos nemo posset ei vel arte vel ingenio sat esse, mouit præterea in Prouincia Pechinensi hoc anno terra, & bonam eius conuulit partem, quæ rei ambiguae nouitas librorum segentem, peperit infinitam, quibus in errores à vero tam deuios, & monstrosos iere Literati vt viderentur inter se ludere ecquis ab eo discederet longius. Silebant ad hac interea Patres ne immodestius tot Magistris sese intruderent, iisque crassam suam & stolidam ignorantem exprobrarent naturalium causarum euidentiori explicatione, quam vt posset iis earum incertitia condonari: rogatus sæpius Longobardus vt suam nihilominus sententiam diceret, de prodigijs illis euentibus, eam scripto libro, vt in Mathematicis valebat plurimum, doctè complexus est; tulitque hoc primum operis pretium, quod Literatos sui pudorerit, & suppressendas lacubrationes verecundè ad se retrahere niti sunt, quas ambitiosè in publicum miserant. Deinde vt librum Longobardi Regno vniuerso notum facerent, & illustrem, arcam, vt aiebant, inuentoris, quod Philosophiam Sinarum omnem ab æuo latuisset. Postremò

Mors item Colai Ho Christi hostis, &c.

Contra, Mardar, Christianorum, prouectio.

87.
Pp. Pechinum recedent, Calendarium instauratur à nostris Sinarum rogatu.